

molendini quod dicitur Nuwemûl siti in Varila, unius mansi et dimidii sitorum in campis ville eiusdem emptione rationabili docuerint se fuisse per decem annos et amplius in possessione eciam pacifica et quieta, quibus omnibus nichil contrarium doctum fuit vel ostensum, set a possessione molendini [et] mansorum predictorum se fuisse eiectos et esse per ipsum Rudolfum contra iusticiam spoliatos, petentes sibi possessionem eorundem bonorum cum instancia sentencialiter restitui atque reddi; quare communis iuris . . nostra et omnium presencium sententia approbante^a sentenciavimus, sentenciamus et in hiis scriptis sentenciando pronunciamus, predictos Henricum et Bertoldum nomine procuratorio . . plebani ecclesie sancti Laurencii et parochialium inibi prefatorum in possessionem molendini et mansorum pretactorum posse et debere restitui iusticia exigente et ipsum Rudolfum tamquam violentum occupatorem et detentorem illicitum removeri.

Act. et dat. anno Domini MCCCXV, IIII. Idus Novembr. In quorum omnium evidenciam firmiorem presentes litteras scribi et dari fecimus sigilli generalis pacis munimine roboratas. *Presentibus*^b ūdo de Bûlwitz, Hermannno Goltacker, Henrico de Schouwenoorst, *Conrado*^c de Ilmene, Iohanne de Kolleda civibus Erfordensibus et aliis quam *pluribus*

Siegel am Pergamentausschnitt fehlt.

XLII. Ergänzungsurkunde des Vertrags zwischen König Ludwig, den Erzbischöfen von Mainz und Trier und König Johann von Böhmen. 1317 Juni 19.¹

Or. Hausarchiv K. 1 L. 4 n. 160.

Nos Petrus Dei gracia sancte Magunt(ine) sedis archiepiscopus sacri Romani imperii per Germaniam archicancellarius | recognoscimus et constare volumus universis, quod licet serenissimus dominus noster dominus Ludowicus Romanorum rex cum venerabili in Christo patre domino Baldewino sancte Treverensis ecclesie archiepiscopo sacri Romani imperii per Galliam archicancellario illustrique Iohanne Boemie et Polonie rege amico nostro carissimo et nobiscum mutuam colligacionem fecerit generalem, tra-

a) Corr. aus 'approbata'.
15 Buchstaben fehlen.

b) 6 Buchstaben fehlen.

c) Etwa

1) Das eigentliche Bündnis siehe Böhmer, Reg. Reichssachen n. 51.